Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8290
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



neri futura prescribe secula, sepe enim neglecta manent ignauo com-
pluria, egregiaque bona. Nec tecum augur viuito, sed omen muneris
a die qua sanus vixeris felicitet auspicare, nam quemadmodum con-
silij expers es quo viuendi modulo in corpusculum tuum vitae spiritus
irrepserit, qua et serie se pueri membra formauerint in pregna-
tis vero, itaque nulla causam anxie disputans de omnib. operibus
quae deus creauerit aequitati consonum reddere vales, oculi etenim
conditor et is adhuc in pectore solus rerum conditarum iustam rationem
habet et seruat, tu vero largitor ad proximi fructum rebus
indies vtere, et hoc vnum et alterum erit in te opus quo vehe-
menter delectabitur deus, et ipse de futuris negocijs dum
sua diuina voluntas erit (quae et nostra propriaque esse semper
debeat voluntas) nobis adfluenter impartietur. Sicut bonus
agricola non vllo tempore quiescit, incipit enim seminare in ma-
tutino ad vesperum vsque labori suo inherens, donec aget se-
mentem integre adceperit. Ita et quisquis es virtutum studiosus
et nostrae religionis pius professor, parum te aduerte felicitet
opus deo sacrum occepisse, si non aurula tua naui ad portum
felicius adportauerit, nec interim ad diem otium querito,
at magis totum tuae vitae aeuum operibus bonis sit addictum, nam
adceptum opus aliquando deus fert quod pueriliter egisti, hinc
dum haec euacuabas quae pueri sunt et vit eras, aut nouissime
vtrumque erat opus omni quidem aetate deo gratum, permutabitur
ergo tecum semper vita inculpatissima, dum (vt audis) ipse
intet sacrum et saxum pendes, dum et nescis operi tuo horam
gratam, tametsi non inficias eo omnia pio semper in bonum cedere.
Nostis recte omnes quomodo corolla dauit in bello, non quidem huic qui
hastam aut dorum manu attigerit, et qui se pugione accinxerit,
at huic tamen aequitatis titulo princeps et belli antesignanus
dabit, qui pridem ancipiti marte belli exitum constanter ex-
pectauit, cui et in fronte sunt cicatrices, cui et nouissime omne
hostis telum ob sui imperatoris titulum et amorem dulce erat.
Interea forte quispiam inter strepitus rerum de quibus paulo ante
ad longum diximus in hunc qui sequitur modum secum ratioci-
natur. Quid est de his est mihi negocijs quae Salomon
noster rex et ecclesiastes per multa verba alte disputat

Quomodo non cognoscis tu quae sit via spiritus

In mane semina semen tuum